



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Ioanne, cui post mortem Timothei, ecclesiæ Alexädrinæ gubernacula
obtigerunt, vtq[ue] illum Zeno tanquam peierantem abigens, Petrum
Mongum ecclesiæ Alexandrinæ præficit. Caput XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

commune vniuersæ carnis domicilium subiturum, deſtitit de ſententia. Timotheus verò non multò poſt commune naturæ debitum perſoluit. Quo mortuo, epifcopi Alexan- drini, Petru cognomento Mongū ſua ipſorum authorita- te ſibi epifcopū deligūt. Quod Zenonē vbi ad aures eius peruenit, vehementer conturbauit. Itaque Petrum multa uit morte: Timotheum autē qui Proterio ſucceſferat, qui que tum propter quandam populi ſeditionem ætatem de- gebat in Canobo, accerſit, ſic Timotheus imperatoris iuf- ſu ſuam epifcopalem ſedem denuo obtinet.

De Ioanne, cui poſt mortem Timothei, ecclesiæ Alexan- drinæ gubernacula obiigerunt, vt q̄ illum Zeno tanquam peierantem abigens, Petrum Mon- gum ecclesiæ Alexandrinæ preficit.

Caput XII.

Ioannes presbyter, cui auguſti templi diui Ioannis Ba- ptistæ & präcursoris domini administratio cōmiffa fuit, quorundam impulſus confilio Constantinopolim ve- nit, imperatorem precaturus, vt ſi forte epifcopus Alexan- driae migraret ē vita, ſibi liceret antiftitem, quem vellet, ciuibus illius ciuitatis nominare: qui quidem, vt Za- charias memorat, epifcopatum pro ſe ambire ab imperato- re deprehensus eſt: & cum ſe iureiurando obſtrinxifſet, ſe nunquam ſedē epifcopalem Alexandrinā petiturū, domū reuertitur. Quapropter Zeno eum poſt mortem Timothei epifcopū creandum decreuit, quē cleruſ, & laicoruſ multi- tudo deligerent. Nō longo tempore poſt, mortuo Timo- theo, Ioannes data pecuniæ ſumma, quemadmodum ab e- odem Zacharia traditum eſt, & iureiurando, quod impera- tori dederat, negleſto, Alexandrinorum deligitur epifco- pus. Qua re cognita, imperator illum Alexandria exi- gendum mandat: atque quorundam impulſu, epiftolā ſcri- bit Alexandrinis, quam Ἐνωτικός vocauit, id eſt, de con- cordia: decreuitque, vt Petro ſedes epifcopalis Alexandri- na redderetur, modō epiftolæ illi ſubſcriberet, & eos, qui Proterianæ factionis erant, in communionem recipereſt.

Kk 4 Quod